



**Francisci De Fargna Civitatis Plebis Patrii Philosophiæ,  
Sacræ Theologiæ, ac J. U. Doctoris ... Commentaria In  
singulos Canones De Jurepatronatus**

Qui sparsim tam intrà, quàm extra corpus Juris Canonici vagantur ...

**Fargna, Francesco de**

**Romæ, M. DCC. XIX.**

Index Argumentorum Quæ in Teria, Quarta, Quinta, & Sexta Parte  
continentur. In Canonem Unicum de Jurepatronatus desumptum ex Sexto  
Decretalium tit. 19. lib. 3.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72172)



# INDEX ARGUMENTORUM

Quæ in Tertia, Quarta, Quinta, & Sexta  
Parte continentur.

In Canonem Unicum de Jurepatronatus desump-  
tum ex Sexto Decretalium tit. 19. lib. 3.

## COMMENTARIA

### Pars Tertia

#### CANON UNICUS

##### CASUS I.

###### ARGUMENTUM.

**I** Erminus a jure, vel ab  
homine in limine Fun-  
dationis præfixus Pa-  
trono ad præsentan-  
dum, à quo die incipiat  
currere, & an sit servandus in Cap-  
pellaniis mere laicalibus. Pag. 3.

##### CASUS II.

###### ARGUMENTUM.

**2** Procurator generaliter constitutus  
à Patrono ad præsentandum,  
sciens vacationem Beneficii, si  
non præsentet in tempore, an præ-  
judicet Patrono ignoranti dictam  
vacationem, & an huic competat  
restitutio in integrum? pag. 11.

##### CASUS III.

###### ARGUMENTUM.

**3** Nominatus, seu Præsentatus si intra  
terminum non exhibuerit coram  
habente instituere nominationem,  
seu præsentationem, aut illam  
non acceptaverit, aut ei renun-  
ciaverit; an Provisio beneficii li-

berè devolvatur ad Episcopum,  
vel potius Patrono competat no-  
vus terminus: pag. 14.

##### CASUS IV.

###### ARGUMENTUM.

**4** Episcopus conferendo liberè Bene-  
ficium Patronale jure devoluto  
ob non factam in tempore Præsen-  
tationem a Patrono, an teneatur  
legem foundationis servare. pag. 17.

##### CASUS V.

###### ARGUMENTUM.

**5** Existente de tempore vacationis  
beneficii Patronalis Persona qua-  
lificata, & habili ad formam Fun-  
dationis, an Patronus possit dif-  
ferre præsentationem usque ad  
ultimum diem termini, ut inte-  
rim altera Persona non qualifica-  
ta, quam intendit præsentare in-  
tra eundem terminum qualifi-  
cetur. pag. 21.

##### CASUS VI.

###### ARGUMENTUM.

**6** Terminus ad præsentandum à Jure  
Patronis concessus, an abbreviari,  
aut prorogari possit? pag. 22.

*Ille Canon dispo-  
nit quod Patro-  
nus Laicus possit  
donare Loco Re-  
ligioso Jus patro-  
natus, etiam si-  
ne consensu Epi-  
scopi, & con-  
cedit Patrono  
Laico ad præsen-  
tandum Quadri-  
mestre, Eccle-  
siastico vero Se-  
mestre.*

In



# I N D E X

In Canones de Jurepatronatus desumptos ex Clementinis lib.3. tit.12.

## C O M M E N T A R I A

### Pars Quarta.

#### C A N O N I.

*Is Canon disponit Episcopum non debere instituire Presentatum à Religiosis in Rectorem, seu Vicarium perpetuum Ecclesie Parochialis subiecte eorum Monasterio, nisi prius assignetur eidem Rectori Cõgrua portio de redditibus ejusdem Ecclesie.*

##### C A S U S I.

A R G U M E N T U M .

**A**N Episcopus statuere possit terminum Religiosis ad assignandam congruam portionem Præsentato ab eis ad Ecclesiam Parochialem; Et an institutio, seu admissio Præsentati absque assignatione Congruæ portionis sit valida. pag.30.

##### C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

8 Congrua debita Parocho, five Vicario perpetuo præsentato ad Ecclesiam Parochialem subiectam Monasterio Regularium, in quibus, & in qua summa assignari, & taxari debeat. pag.32.

#### C A N O N II.

##### C A S U S I.

A R G U M E N T U M .

*Is Canon disponit Juspatronatus hereditariũ transire ad hæredes in Stirpes, non autem in capita, & quod Patroni possint dividere exercitium Jurispræsentandi per Turnum, & Alternatiam, ac plures accumulando præsentare.*

**Q**uomodo computentur voces in Jurepatronatus hereditario, ad effectum cognoscendi, quis ex Præsentatis ab hæredibus sit instituendus. pag.38.

##### C A S U S II.

A R G U M E N T U M .

10 Quando Fundator relinquit Juspatronatus Proximioribus, non in genere, sed specialiter duobus, disjungendo idem Juspatronatus in duas voces, tunc præsentatio facienda est per illos duos tantum, & per stirpes. pag.39.

##### C A S U S III.

A R G U M E N T U M .

11 Diviso Jurepatronatus hereditario in plures voces, seu stipites Principales, si unaquæque vox, seu stipes Principalis habeat plu-

res stipites sub alternos, seu plures hæredes, & successores, tunc ad hoc ut quis dicatur habere unam ex dictis vocibus unius ex Stipitibus Principalibus, requiritur quod omnes stipites subalterni stipitis Principalis, aut major pars eorum, comparatione minorum partium, eum præsentent. pag.42.

##### C A S U S IV.

A R G U M E N T U M .

12 Patroni duo possunt alternatim præsentare, nequaquam verò Beneficium secare in duas partes, itaut unus Parronus ad unam, & alius ad aliam Partem Beneficii præsentet. pag.48.

##### C A S U S V.

A R G U M E N T U M .

13 Diviso Jurepatronatus Mixto per Turnũ si vacatio Beneficii contingat



# ARGUMENTORUM.

gat in Turno debito Patrono Ecclesiastico, an intrent Reservationes Apostolicæ. pag.49.

## CASUS VI.

ARGUMENTUM.

14 Si Juspatronatus pro una Voce spectet ad duas Familias, & pro alia Voce ad Monasterium Regularium, an duæ Familiæ possint inter se convenire de alternis vicibus præsentando sine Consensu Monasterii. Et si fiat transactio super Divisione simultaneæ Juris præsentandi per Turnum inter Abbatem ejusdem Monasterii, & dictas Familias absque Beneplacito Apostolico, & consensu Monachorum, an ipsa sustineatur, & afficiat Successores. pag.50.

## CASUS VII.

ARGUMENTUM.

15 Ordinato turno seu Alternativa super Jure præsentandi inter Patronos, si præsentatus ab existente in Turno cedat, aut decedat ante Institutionem, an Turnus dicatur consumptus, adeout sit locus Turno favore alterius Patroni. pag.56.

## CASUS VIII.

ARGUMENTUM.

16 An Patroni Laici, sive Ecclesiastici cogi possint per superiorem ad dividendum Jus præsentandi per Turnum, seu Alternativam. pag.62.

In Canones de Jurepatronatus desumptos ex Concilio Tridentino.

# COMMENTARIA

## Pars Quinta.

### CANON I.

#### CASUS I.

ARGUMENTUM.

17 Præsentati ad Beneficia simplicia Jurispatronatus ante Institutionem, an examinari debeant ab Ordinariis Locorum, sive sint præsentati à Patronis Ecclesiasticis, sive à Laicis. pag.74.

#### CASUS II.

ARGUMENTUM.

18 An Examen Præsentati ad Beneficium simplex requiratur pro forma, itaut si Præsentatus instituaturs absque Examine, Institutio sit nulla. pag.79.

*Iste Canon disponet, quod præsentati ad Beneficia simplicia debeant examinari.*

### CANON II.

#### CASUS I.

ARGUMENTUM.

19 Habens Jusnominandi Puellas dotandas, si ex Bonis à Te-

statore pro earumdem Puellarum Dote relictis fundetur, & construatur Ecclesia, an loco Jurisnominandi Puellas acquirat Jus nominandi Rectorem ejusdem Ecclesiæ. pag.83.

*Iste Canon disponit, quod Juspatronatus acquiri non possit, nisi ex Fundatione, Constructione, aut Dotatione, & quod in Limine Fundationis Institutio reservari debeat Episcopis non verò alteri Inferiori.*



CASUS II.

ARGUMENTUM.

20 Fundator in limine Foundationis Be-

neficii an possit reservare Jus In-  
stituendi Inferiori. habenti Juris-  
dictionem Ordinariam. pag.85.

Iste Canon dis-  
ponit quod Praesen-  
tatio fieri debeat  
coram Ordinario  
habente institue-  
re, alias ipsa, &  
institutio inde,  
secut a sint nul-  
le.

CANON III.

CASUS UNICUS.

ARGUMENTUM.

21 Sede Episcopali vacante Praesen-

tatio fieri potest coram Vicario  
Capitulari. Quid si Vicarius Ca-  
pitularis sic nulliter electus an  
praesentatio facta coram ipso su-  
stineatur. pag.88.

Iste Canon dis-  
ponit, quod si Ec-  
clesia sit collapsa,  
& refici non pos-  
sit, Beneficia sim-  
plicia patrona-  
lia ibi fundata  
transferrī de-  
beant ad Ecclē-  
siam Matricem,  
aut ad aliam vi-  
cinam, & quod  
Ecclēsia Paro-  
chialis de Jure-  
patronatus si sit  
collapsa refici de-  
bet primo ex ejus  
redditis, dein-  
de a Patrono, &  
in horum defec-  
tu a Parochia-  
nis, etsi ex his  
omnibus refici  
nequeat trans-  
ferrī debet ad  
Ecclēsiā Ma-  
tricem, aut aliā  
viciniorē.

CANON IV.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

22 Ecclesia Parochialis de Jurepa-  
tronatus minans ruinam in ali-  
qua ejus parte, & angusta ob po-  
puli numerositatem, si solo æqua-  
tur ab Episcopo, cujus expensis  
sit reficienda. pag.92.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

23 Ecclesia Parochialis de Jurepatro-  
natus collapsa, si reedificari non  
possit, est transferenda ad Ecclē-  
siam Matricem, seu viciniorē,  
& si tractu temporis de novo re-  
edificetur, an sit reportanda ad Lo-  
cum antiquum. pag.97.

Iste Canon dis-  
ponit quod Pa-  
tronus sive lai-  
cus, sive Ecclē-  
siasticus quacum-  
que dignitate,  
praesulgeat etiā  
Imperiali, vel  
Regali usurpans  
jura, bona, seu  
fructus Ecclēsi-  
ae Patronalis, vel  
impediens ne ab  
iis, ad quos jure  
pertinent, perci-  
piantur, est tam-  
en excommu-  
nicatus, quan-  
diu eadem bona  
restituat illis,  
ad quos spectant,  
& est eo ipso pri-  
vatus jure pa-  
tronatus.

CANON V.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

24 Patronus percipiens, & possi-  
dens bona, & fructus Ecclēsi-  
ae Patronalis titulo conductionis, an  
sit excommunicatus, & privatus  
Jurepatronatus. pag.100.

merita erga ipsam Ecclēsiā pra-  
stita cum Benaplacito Apostolico,  
& quando hoc sit conceden-  
dum? pag.102.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

25 Patronus, qui sit etiam Rector Ec-  
clēsi-ae Patronalis, an alienare pos-  
sit hujus bona ob remuneranda.

CASUS III.

ARGUMENTUM.

26 Patronus alienans bona Ecclēsi-  
ae Patronalis contra expressam pro-  
hibitionem Fundatoris sub poena  
caducitatis, an & quando prive-  
tur Jurepatronatus, & fiat locus  
substitutioni favore alterius voca-  
ti. pag.104.



# ARGUMENTORUM.

## CANON VI.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

27 **E**recto per Episcopum Seminario, pro Clericis Diocesis, & pro Nobilibus an, in illud introduci possint Clerici tam Civitatenfes, quam Territoriales, & an ad probandam Nobilitatem requisitam concedi possit uni ex Collegialibus facultas cogendi Testes renuentes se subicere examini

per censuras Ecclesiasticas. p. 117.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

28 Episcopus ut validè taxare possit beneficia Jurispatronatus ad effectum contribuendi Necessitatibus Seminarii, quæ requirantur? Hujusmodi Taxa qualis, & quantæ esse debeat? Et an Beneficia Jurispatronatus uniri valeant Seminario. pag. 120.

*Iste Canon disponit quod Episcopus erigere debeat in propria Diocesi Seminarium, & quod taxare valeat beneficia Jurispatronatus ad effectum contribuendi Necessitatibus ejusdem Seminarii.*

## CANON VII.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

29 **I**mposito à Fundatore Cappellania oneri Cappellano unius Missæ quotidianæ in perpetuum durante sæculo, an hujusmodi onus duret ultra spatium centum annorum, vel potius transacto dicto termino remanserit extinctum. p. 133.

denda sit Jubilatio. pag. 134.

### CASUS III.

#### ARGUMENTUM.

31 **A**n Hæres Fundatoris in limine foundationis Canonatus imponere possit onus Missarum, quando de eo Fundator in Testamento nullam fecerit mentionem, adeout Præsentatus ad Canonatum teneatur illud adimplere. pag. 138.

*Iste Canon disponit quod Patronus non possit se ingerere in iis, quæ ad Sacramentorum administrationem spectant, nec se immiscere in visitatione ornamentorum Ecclesie, nec in Proventibus bonorum, & Fabricarum ejusdem, nisi id sibi reservatum fuerit in limine foundationis, & quod Patronus possit in limine foundationis apponere conditiones sibi bene vi-*

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

30 Canonico adjecta Lege à Fundatore in limine foundationis Canonatus interessendi Divinis officiis ac lucrandi distributiones prout inter sunt, & lucrantur alii Canonici, an, & quando ipsi conce-

32 **E**recta Cappellania pro Præbytero, qui celebrare debeat Missam, an adeam præsentari, ac institui valeat Clericus, qui non sit actu Sacerdos. pag. 139.

### CASUS IV.

#### ARGUMENTUM.

do exigendi à Præsentato aliquid ex fructibus beneficii in actu præsentationis. pag. 142.

*Iste Canon disponit, quod in actu Nominatio- nis, Institutionis, sive admissionis ad possessionem cujuscumque beneficii exigat, & recipi non debeat à Nominato, Præsentato, an instituto quidquam ex fructibus beneficii convertibile in usus non pios sub panis contra Simoniacos comminatis.*

## CANON VIII.

### CASUS UNICUS.

#### ARGUMENTUM.

33 **A**n, & quando valeat consuetu-

## CANON IX.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

34 **E**numerantur requisita necessaria ad validitatem unionis, bene-

ficioium simplicium Patronalium Præbendis, seu Canonicatibus, nec non horum suppressionis, seu reductionis ad minorem numerum.

*Iste Canon disponit quod Episcopus in Ecclesiis Cathedralibus, & Collegiatis insignibus possit unire beneficia.*



# I N D E X

*simplicia etiam de Jurepatronatus Præbendis, seu Canonicatibus attentæ eorum tenuitate de consensu Patronorum, vel aliquos ex iis supprimere applicando eorum fructus, & redditus distributionibus quotidianis de consensu pariter Patronorum, si sint de Jurepatronatus.*

rum . pag. 144.  
**C A S U S I I.**  
 ARGUMENTUM.  
 35 Unio beneficiorum simplicium Pa-

tronalium facta Canonicatibus ex quibus probetur, vel non probetur, & ex quibus excludatur? pag. 159.

## C A N O N X.

*Iste Canon disponit quod vacante Ecclesia Parochiali Episcopus deputare debeat Oeconomum, & quod Ecclesie Parochiales de Jurepatronatus Ecclesiastico provideantur per concursum, scilicet ille de Jurepatronatus laicali.*

**C A S U S I.**  
 ARGUMENTUM.  
 36 **C**oncursum factum coram Examinatoribus electis in Synodo, quæ fuit suspensa, an sustineatur; & de requisitis necessariis ad validitatem concursus, & an, & quando fit locus provocationi ad novum examen. pag. 168.

**C A S U S I I.**  
 ARGUMENTUM.  
 37 An necessarius sit concursus in Provisionibus Parochialium de Jurepatronatus Ecclesiastico, quando per consuetudinem ferè immemorabilem, illæ solitæ fuerint provideri absque concursu. p. 176.

## C A N O N X I.

*Iste Canon disponit, quod conditionibus, seu qualitatibus à Fundatore in limine foundationis beneficii appositis derogari non debeat.*

**C A S U S I.**  
 ARGUMENTUM.  
 38 **I**mposito à Fundatore in limine Foundationis plurium beneficiorum onere recitandi quotidie D. Officium in Collegiata, an Episcopus ex intervallo possit adjicere Beneficiatis onus recitandi unitim cum Clero ejusdem Collegiatae D. Officium, & cum cantu in solemnioribus Festivitatibus. pag. 184.

d. Officium in Choro cum Canonicis. pag. 196.

*Iste Canon disponit, quod si in eo legatur impositum Cappellano solum onus officii unum Altare pro Anima Fundatoris, & nulla fiat mentio de onere celebrandi Missam an Cappellanus teneatur continuare in celebratione Missarum pro Anima ejusdem Fundatoris, vel potius hac ommissa, recitare*

**C A S U S I I.**  
 ARGUMENTUM.  
 39 Reperto ex intervallo instrumento foundationis Cappellaniæ, si in eo legatur impositum Cappellano solum onus officii unum Altare pro Anima Fundatoris, & nulla fiat mentio de onere celebrandi Missam an Cappellanus teneatur continuare in celebratione Missarum pro Anima ejusdem Fundatoris, vel potius hac ommissa, recitare

**C A S U S I I I.**  
 ARGUMENTUM.  
 40 An Religioso concedenda sit facultas mutandi dispositionem, & reservationem Jurispatronatus factam de tempore Novitiatu, accedente consensu illius, favore cuius reservatum fuit Juspatronatus. pag. 198.

**C A S U S I V.**  
 ARGUMENTUM.  
 41 Papa an, & quando solet pias Fundatorum, aut Testatorum voluntates commutare. pag. 200.

**C A S U S V.**  
 ARGUMENTUM.  
 42 Erectio Cappellaniæ facta ab Episcopo diverso modo ab eo, quo fuit dispositum à Fundatore, est reformanda ad formam dispositionis ejusdem. pag. 203.

CA-



# ARGUMENTORUM.

## CANON XII.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

43 **E** Numerantur probationes sufficientes ad probandum Juspatronatus Privatorum . pag.208.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

44 **C**onstito de Jurepatronatus Universitatis laicalis, aut alterius Personæ Potentis, Præsentatus ab ea est instituentus, ad exclusionem Provisi Apostolici tamquam de libero . pag.216.

### CASUS III.

#### ARGUMENTUM.

45 **F**orma rigorosa hæc à Concilio præscripta an requiratur quando præ-

tenditur Juspatronatus ab Universitate laicali simul, & à Persona privata, & quæ sint probationes insufficientes, & quæ sufficientes ad probandam existentiam Juspatronatus in Personis Potentibus . pag.219.

### CASUS IV.

#### ARGUMENTUM.

46 **J**uspatronatus acquisitum, vel per viam accessionis, aut ex redotatione, aut reedificatione à quadraginta annis citra à die acquisitionis, ad diem confirmationis Concilii an revideri possit ab Ordinario, quando alias fuerit ab Antecessoribus Episcopis revisum, & approbatum . pag.225.

*Iste Canon disponit quod Juspatronatus competens Personæ Potentis rigorose probari debeat, & revocat Juspatronatus competentia alicui ex mero Privilegio, exceptis Personis Regiis, & Principibus sublimibus; & mandat revideri Juspatronatus, acquisitum per viam accessionis, aut ex reedificatione, aut redotatione.*

## CANON XIII.

*Iste Canon disponit quod licitum non sit locare Juspatronatus, seu facultatem nominandi, & deputandi Vicarios, & Beneficiatos.*

In Canones de Jurepatronatus desumptos ex Bullis, sive Constitutionibus Apostolicis, & ex Regulis Cancellariæ.

## COMMENTARIA

### Pars Sexta.

## CANON I.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

47 **P**atronus potest recipere Candelam in die Purificationis à Monachis Cisterciensibus, illam sponte dantibus, & exigere ab illis ea, quæ sibi competunt ratione Juspatronatus . pag.229.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

48 **A**n Imperatrices, & Reginae introduci possint à Patrono in Domus, & Monasteria Cisterciensium . pag.231.

*Iste Canon disponit quod Patroni occasione Juspatronatus à Monasteriis ordinis Cisterciensis quidquam exigere non possint nec in domibus ordinis Carnes comedere, nec mulieres introducere.*

## CANON II.

### CASUS UNICUS.

#### ARGUMENTUM.

49 **B**eneficia Juspatronatus an com-

prehendantur sub Concordatis Germaniæ; Et an, & quando elapso Trimestre Summo Pontifici

*Iste Canon disponit, quod de beneficiis Germaniæ vacantibus extra curiam*



# I N D E X

*in Mensibus Februarii, Aprilis Junii, Augusti, Octobris, & Decembris, potest Ordinarius, aut alius, ad quem spectat collatio, provisio, presentatio, electio, seu quævis alia dispositio liberè providere; Potest etiam Ordinarius aut alius, ad quem spectat collatio, aut presentatio liberè providere de eisdem vacantibus in Mensibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septembris, & Novembris reservatis, nisi fuerit de eis intra tempus trium mensium à die notæ vacationis à Sede Apostolica provisum.*

*Isti Canones disponunt, quod Juspatronatus ex mero Privilegio, aut ex redotatione aut reedificatione acquisitum revocetur, si augmentum fructuum dotis non excedat medietatem, & si Ecclesiastica reedificatio, non fuerit omnino diruta, & destructa.*

*Isti Canones reservant S. Sedi Beneficia tam libera, quam patronalia Familiarium Summi Pontificis.*

*Iste Canon disponit, quod per Apostasiam Beneficiarii vacet beneficium, & Patronus intra terminum Juris debeat Personam idoneam ad illud presentare, & quod Presentatio Apostasie ad Beneficium de Juspatronatus sit nulla, & Patronus pro ea vice privetur jurepresentandi.*

ci competente ad conferenda beneficia vacantia in sex mensibus ex vi Concordatorum reservatis,

Ordinarius nequeat illa liberè conferre. pag. 237.

## C A N O N III. & IV.

### CASUS UNICUS.

#### A R G U M E N T U M.

50 **B**eneficium de Jurepatronatus

Laicali ex augmento dotis acquisito an cadat sub Concordatis Germaniæ, & aliis reservationibus Apostolicis. pag. 247.

## C A N O N V. & VI.

### CASUS UNICUS.

#### A R G U M E N T U M.

51 **B**eneficia Jurispatronatus Ec-

clesiastici vacantia per obitum Familiarium officialium, seu Familiarium Papæ an sint Sedi Apostolicæ reservata. pag. 251.

## C A N O N VII.

### CASUS UNICUS.

#### A R G U M E N T U M.

52 **P**resentatus ad beneficium, si ei

objiciatur Crimen Apostasie an sit repellendus ab Institutione, & Patronus debeat privari pro ea vice Jurepresentandi. pag. 259.

CA-



# ARGUMENTORUM.

## CANON VIII.

CASUS VIDE IBI REMISSIVE.

*Iste Canon disponit quod Patronus ad beneficii patronale propter heresim beneficiati vacans teneatur infra legitima tempora aliam personam idoneam Romano Pontifici presentare, alias elapso termino proviso liberè devolvitur ad Sedem Apostolicam.*

## CANON IX.

CASUS I.

ARGUMENTUM.

53 **P**atronus si in actu presentationis ad beneficium habeat pravam intentionem recipiendi à Presentato fructus beneficii, aut aliquod munus, an ex hoc committatur confidentia, ut ex ea presentatio dicatur nulla & beneficium sit Sedi Apostolicæ refer-

vatum.

pag.269.

CASUS II.

ARGUMENTUM.

54 **N**ominatus si donaverit Patrono Appartamentum, quod erat de Juribus Cappellanæ, & obtineat subinde ab eo nominationem ad Cappellaniam an sit reus confidentiæ simoniacæ. pag.281.

*Iste Canon disponit quod Beneficia in confidentia recepta sive libera, sive de jure patronatus ipso jure vacant à die receptionis, & sunt Sedi Apostolicæ reservata, & quod collatio, aut alia pro viso beneficii facta citià ad Patroni presentationem cum interdictu confidentiæ sit nulla.*

## CANON X. & XI.

CASUS UNICUS.

ARGUMENTUM.

55 **B**eneficia Patronalia unita pro dote Monasterii an solvere de-

beant Quindennia, & de requisitis necessariis ad hoc ut beneficia unita Manibus mortuis sint subiecta solutionibus Quindenniorum. pag.288.

*Isti Canones disponunt quod beneficia etiam de jure patronatus Monasteriis, aut piis Locis perpetuo unita, & de cætero non vacantia, Quindennia R. Camera solvere teneantur.*

## CANON XII. & XIII.

CASUS UNICUS.

ARGUMENTUM.

56 **A**N Nominatio Vicarii in Ecclesia Parochiali unita Capi-

tulo Cathedralis spectet ad idem Capitulum, etiam si fuerit sequuta vacatio in mense reservato. Et an Vicariæ unitæ provideantur per concursum. pag.293.

*Isti Canones disponunt, quod Vicarii Ecclesiarum Parochialium unitarum deputari debeant ad nominationem illorum, in quorum Ecclesiis unitis ponuntur previo examine, & approbatione Episcopi, & quod in undecim Ecclesiis Alme Urbis deputandi sunt totidem Vicarii perpetui ad nominationem cujuslibet capituli ex eisdem Ecclesiis.*

CA-



I N D E X

C A N O N XIV. & XV.

C A S U S I.

A R G U M E N T U M.

Isti Canones disponunt quod Beneficia vacantia Sede Episcopali vacante, & Specie tantia ad absolutam collationem presentationem, aut quamcumque aliam provisionem Episcopi sunt Sede Apostolica reservata, secus si sint ad collationem cum alio, vel aliis aut etiam ad alterius presentationem, vel electionem.

57 **B**eneficia Jurispatronatus competentis Episcopo ratione Sanguinis, seu Familiae, vacantia, Sede Episcopali vacante, an sint reservata. Et incidenter an Abbatiae electivae comprehendantur sub *Regula secunda Cancellariae*. p. 302.

C A S U S II.

A R G U M E N T U M.

58 Regula secunda Cancellariae non comprehendit beneficia simultaneae praesentationis; An autem comprehendere intendat, quando haec simultanea est divisa per Turnum? Vide prout in corpore. pag. 313.

C A N O N XVI. & XVII.

C A S U S I.

A R G U M E N T U M.

Isti Canones disponunt quod in Resignatione beneficiorum Patronalium, in manibus Ordinariorum cavere debet patroni ne ab ipsis Resignatibus suorum successoribus eisdem beneficiis designentur, & quod Resignationes beneficiorum etiam patronalium publicari debeant intra sex menses si beneficia sint citra montes, si vero ultra intra novem.

59 **D**e Requisitis necessariis ad validitatem Resignationis Beneficiorum Patronalium. pag. 319.

C A S U S II.

A R G U M E N T U M.

60 An resignatio Cappellaniae merè

laicalis facta à Cappellano ad favorem certae personae absque consensu Patronorum sit nulla. Et an competat Resignanti, regressus ad illam, vel potius ipse remaneat ea privatus, itaut Patroni possint ad eandem Cappellaniam, alium nominare. pag. 325.

C A N O N XVIII.

Iste Canon disponit quod praesentatio, institutio vel desitutio, collatio, aut alia dispositio Ecclesiarum, & beneficiorum, quae sunt fundata, erecta, & dotata in solo Lateranensi, spectat ad Archiepiscopum, & capitulum Sacrosanctae Lateranensis Ecclesiae.

Iste Canon disponit quod Beneficia Patronalia Regni Valentiae conferri debent solum indigenis ejusdem Regni sublata facultate patronis & Ordinarii collatoribus aliter praesentandi, &

C A N O N XIX.



# ARGUMENTORUM.

## CANON XX.

### CASUS UNICUS.

#### ARGUMENTUM.

61 **P**repositura erecta ad Scalas San-

ctas de Jurepatronatus Familiae Perettæ an sit incompatibilis cum Episcopatu. pag. 340.

*respective conferendi nisi aliter fuerit dispositum à Fundatore in limine fundationis.*

*Iste Canon disponit quod Jurepatronatus ad Preposituram, ad unum officium sacrista, ad quatuor cappellanas, & totidem Beneficia Ecclesiastica ad Scalas Sanctas erecta competit Familiae Perettæ de Primogenito & Primogenitum.*

## CANON XXI.

## CANON XXII.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

62 **D**E Requisite necessariis ad hoc ut quis dicatur subditus Episcopo ratione beneficii, ad effectum ut ab eo ordinari possit præviis testimonialibus Episcopi originis, & domicilii. pag. 350.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

63 Promotus ad SS. Ordines ad titulum Cappellaniæ de Jurepatronatus cum supplemento Patrimonii, si hoc distrahat, & alienet absque consensu Episcopi, an alienatio sustineatur? pag. 352.

### CASUS III.

#### ARGUMENTUM.

64 An, & quando quis dicatur subditus Ordinarii ratione Originis paternæ ad effectum, ut ab eo validè ordinari possit. pag. 353.

### CASUS IV.

#### ARGUMENTUM.

65 Si quis prætendat suscepisse Ordines Sacros per vim, & metum, ut collatio ordinum ex hoc capite dicatur nulla quid requiritur. p. 354.

### CASUS V.

#### ARGUMENTUM.

66 Baptizatus ab hæretico, & natus à Parentibus hæreticis an sit irregularis, adeò indigeat dispensatione ad effectum ut promoveri possit ad ordines. pag. 355.

### CASUS VI.

#### ARGUMENTUM.

67 Neophitus promotus ab Episcopo ad SS. Ordines, & provisus de beneficio Ecclesiastico Jurispatronatus, an, & quando non indigeat absolutione cum rehabilitatione ad ordines, nec nova provisione beneficiorum. pag. 357.

*Iste Canon disponit quod habens jus presentandi ad Dignitates Episcopales, & Abbatiales, & alia beneficia Collegialia debet presentare personas idoneas.*

*Iste Canon disponit quod Episcopus non licet alium quem presentat à patronis non subditi ratione Originis aut domicilii ad clericalem tonsuram promovere preterea cujusvis beneficii Ecclesiastici ei statim ac tonsura hujusmodi infensus fuerit conferendi; Et quod promotus ad Clericalem Tonsuram, aut ad minores ordines à proprio Episcopo non possit ad superiores ordines promoveri ab alio ratione subjectionis ex beneficio absque Testimonialibus Episcoporum originis, & domicilii.*

CA-



# I N D E X

## CASUS VII.

### ARGUMENTUM.

68 Episcopus an, & quando teneatur conferre Clericatum nominato ad beneficium Ecclesiasticum; & an quis promoveri possit ad titulum Cappellaniæ, seu Beneficii amovibilis. pag.358.

*Iste Canon disponit quod Beneficia juris patronatus Ecclesiastici vacantia in octo mensibus Apostolicis sint Sedis Apostolicæ reservata; vacantia vero in quatuor mensibus Ordinariis spectent ad provisionem, & Institutionem Ordinariorum, & quod in Beneficiis juris patronatus non habeat locum Alternativa mensium concessa Episcopis residentibus, & eam acceptantibus.*

*Iste Canon disponit, quod possides beneficium patronale per triennium ad præsentationem illius, ad quem spectat juris patronatus, nequeat super eodem beneficio molestari.*

*Disponitur ab hoc Canone quod juris patronatus Laicorum non censeatur derogatum, nisi de eo fiat specialis mentio.*

## CASUS VIII.

### ARGUMENTUM.

69 An Regularibus cunctis indistinctè faveat Privilegium aliquod ut promoveri possint ad SS. Ordines extra Tempora a Jure statuta, diebus Festivis. pag.359.

## C A N O N XXIII.

### CASUS I.

#### ARGUMENTUM.

70 **B**eneficium de Jure patronatus Ecclesiastico vacans in Mense reservato cadit sub Reservationibus Apostolicis, dummodo istæ non sint expressè vel tacitè exclusæ in limine Foundationis. pag.369.

### CASUS II.

#### ARGUMENTUM.

71 Beneficium de Jure patronatus Lai-

cali, aut Mixto vacans in Mense reservato non cadit sub Reservationibus Apostolicis; Quid si Jus patronatus Mixtum sit divisum per turnum, & Beneficium vacet in Turno Patroni Ecclesiastici. p.380.

### CASUS III.

#### ARGUMENTUM.

72 Beneficium quando dicatur esse de Jure patronatus Ecclesiastico, aut Laicali? pag.382.

## C A N O N XXIV.

### CASUS UNICUS.

#### ARGUMENTUM.

71 **I**nstitutus ab Ordinario in Beneficio patronali vacato per obitum Familiaris Cardinalis, & illud pacificè possidens per triennium, an suc-

cessivè molestari possit, & beneficium impetrari, si appareat ingressum in illud fuisse simoniacum, simonia commissa à Patre Instituti, seu Beneficiati, hoc penitus ignorante. pag.388.

## C A N O N XXV.

### CASUS UNICUS.

#### ARGUMENTUM.

72 **S**i plures Patroni præsentaverint ad Beneficium per sortem, an præsentatio sit nulla, adeo ut litteræ Apostolicæ impetrationis

obtentæ sub expressione; quod Beneficium tanto tempore vacaverit, ut ejus collatio ad Sedem Apostolicam legitimè sit devoluta, eo quia Patroni non præsentarunt in tempore, sint exequenda. pag.391.